

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Obediencia r
cum fonte primo

Multi denique sub preceptore quieti
uiuunt quos, si iugo absolvas, uideas
non posse quiescere, nec se ullo modo
equalibus seruare innoxios,

simpliciter ac sine querela inter fratres
conuersari, super fratres non solum
inutiliter sed eciam insipienter et
nequiter,

minime quidem egentes magistro,
nec tamen ydonei magisterio.

Bernardus super Cantica.

Quam
multi denique sub praeceptore quieti
vivunt, quos si iugo absolvas, uideas
non posse quiescere, nec se ullo modo
aequalibus servare innoxios!

Item innumeros cernes
simpliciter ac sine querela inter fratres
conuersari, super fratres non solum
inutiliter, sed et insipienter et
nequiter.

Quadam siquidem bona mediocritate
contenti sunt qui huiusmodi sunt, sicut
eis mensuram gratiae partitus est Deus:
minime quidem egentes magistro,
nec tamen idonei magisterio.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones
super Cantica canticorum*, 23, 8 (SBO 1,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.143, ll.21-27).